

Viro. Nobili

Duo

ARDUINI.

Horti Palatini Custodi.

S. pl. d

Car. a Linne

Dum sub hac hyeme studiosius pervolvitur tuas
pulcherrimas plantas observo Gramen istud pro
Cornu copiae perperam a me receptum esse,
Tuum enim est distinctissimum, et Alopecu-
rum cum nimis affine, ut caetera taceam, verbo
tuum jam mihi videtur nova species.

Melissam maximam a Te misam jam habeo flo-
rentem, et est ab Oryzoides meo frutescente
non modo specie sed et genere distinctissima
planta. ipsa herba, caule, folij, racemij,
est exemplum sola fructificatione, adeo similitudine meo
Oryzoides frutescenti, ut nequeam distinguere,
et nisi haberem etiamnum specimen mei Oryzoides
fidem non haberem oculis propriis, sed fructu
firmiter toto caelo recedit, in mica corolla ory-
zoides reflexa, stamina basi appendiculata.
in tua est corolla Melissae, stamina distan-
tia ventris, verbo tua est omnino proprii
et novi generis planta, distinguenda caeteris

racina superiora brevis, sed imprimis styli duo
suis distinctis, quod in nullo alio genere
Didynamico gymnospermia obtinetur.

Florent etiam apud meae ambae tuae species
Sinapios; hinc quotidie dum me delectant
revocant inventoris et datoris memoriam
gratissimam.

Salvia folij cordato-oraty serratis nervis, bracteis
sub verticillis singulis, calycibus tridentatis. Ard.
Spec. 1. p. 10. t. 2. est nisi me omnia fallant
Salvia mea urticaefolia. spero mea haec
aestate ripsum tuam Salviam florentem
quam tibi debeo, enatum primum anno.

Quando prodibit tuum alterum specimen,
quod avidissime expecto.

Malva Gerardiana crevit in caldario ad pedem
et ultra; flagis fere recusabat et primo vere, meo
cum solore penit; forte annua. me doceret num
habeat calicem inferiorem triphyllum, nec ne,
ex specimenibus tuis hoc videre nequeo.

Phalangis Myzoides noluit e seminibus a te
missis germinare, ut ut ea in olla saty
humida serui.

Miratus sum Bassii Ambrosiniam tam sin-
gulari structura flagis, uti ex ejus constat
Aemulere.

Nuper habui novum genus copense, structuram
absolute Drosera, sed functionis et genere di-
similissimum.

me nunc exeret ultima species Peronii, quae
gaudet Disyllis & distendit ab eo rostris; sed non
dum nunc non utrum sint flus semper her-
mostoditi vel polygoni.

Quid non moliantur vespa? quid Dns.
P. cynitius? quid D. Dasi? quid D. Monti?

Nulla etiamnum arbor, ne quidem Rosularia
incepit frondescere. Gelu confringitur etiam
num quavis nocte levis et glacie aqua.
Expecto hoc anno reditum D. Forskali ex
Arabia felici.

Multos pisces et insecta nuper accepi
e Carolina America et pallesci-
ma insecta capensis et conchilia
javanica

vale et vobis dicitur felix

Dabam vespulicis 1767. d. 20 Aprilis



Potamo eximo

Quo Peto Arduum

Atque Potamine Cypho

Limnium!

Pyth. Trank



Sadua

An. B. 18
PRO 15559